

Dē castellīs (capitulum primum)

Vocābulō *castrum*, aut *castellum* (aut in linguā Latīnā mediī aevī etiam *fortalitium*, aut *burgus*) aedificium mūnītum appellātur. Mediō aevō castella dominī rēgnōrum et patriciī aedificābant, nam in castellīs habitābant et rēgnābant. Castellum nōn solum dominō, aulicīs et familiae suae, sed etiam incolīs in circumiectīs oppidīs et vicīs et casīs, aut caravanīs mercātōriīs in viīs tūtēlam dabat. Officium dēfēnsōrium castellōrum māgnī mōmentī erat (in mediō aevō praecipuē ob crēbra bella), itaque castella praesidium suum stativum habēbant.

Fābula nunc illūstrābit pūctum ē vītā virōrum mediī aevī. Cogitāte nunc rēgiam. Hīc, ante aulam, Venceslaum veterānum vidēmus. Dominus rēgnī Venceslaō terram castellumque dare spondit, nam vītā dominō suō in bellō servāvit. Iam ā famulō ad solium vocātur.

„Salvēte, domine meus!“

„Salve, amīce grāte! Laetī tē vidēmus. Quid sollicitat animum tuum? Vīdistīne iam terram tuam, dominium tuum novum?“

„Ita, vīdī. Terra est pulchra et fēcunda. Oppida et vicī flōrent, silvae et prāta virent. Fluvīi sunt piscōsī, multōs cervōs in silvīs vidēbam. Virī quidem suōs bellō cadūcōs propinquōs nūper dēflēbant, lūgēbant et dolēbant, sed mox certē rīdēbunt et gaudēbunt. Bellum multās noxās nocuit, sed inimicī iam nostrō rēgnō nōn nocēbunt et nōn dēlēbunt nostra oppida. Proximā septimānā latrunculī fēminās ad fluvium terruērunt, sed forte fortūnā nōn nocuērunt – prope in silvā tantum latēbant. Nōn careō audāciā – statim armigerōs convocāvī et ūnā latrunculōs captīvāvimus. Fēminae nunc obscūram silvam timent et sine armigerō ad fluvium nōn ambulant, sed iam ā latrunculis nōn terrēbuntur.“

„Magnum gaudium animum nostrum implet. Vir strēnuus in bellō erās, nunc tuōs vīcānōs et dominium tuum bene cūrās. Sed monēmus tē: cave inimicōs perfidōs! – Bellum nostrō rēgnō semper ā finitimīs malīs imminet et imminēbit.“

(Nārrātiuncula continuābit.)

Pozn: *medium aevum*, *ii ī, n.* – středověk; *mediō aevō* (abl. časový); *dominus*, *ī, m.* – pán, ZDE: panovník, král (*dominus rēgnī* místo „rēx“); *patricius*, *ī, m.* – patricij, ZDE: šlechtic; *nōn solum, sed etiam* (spojovací výraz) – nejen, ale i; *aulicus*, *ī, m.* – dvořan; *familia*, *ae, f.* – ZDE: čeleď, služebnictvo; *circumiectus*, *a, um* – okolní; *tūtēla*, *ae, f.* – ochrana; *tūtēlam dare* – poskytovat ochranu; *officium*, *ī, n.* – povinnost, úřad, služba, ZDE: funkce; *dēfēnsōrius*, *a, um* – obranný; *mōmentum*, *ī, n.* – vliv, podnět, okamžik, ZDE: význam; *māgnī mōmentī esse* – mít velký význam; *ob* (předl. s akuz.) – kvůli pro; *praesidium*, *ī, n.* – ochrana, ZDE: ozbrojená posádka, mužstvo, vojsko; *pūctum*, *ī, n.* – bod, ZDE: okamžik; *cogitō, āre, āvī, ātum* – myslet si, ZDE: představit si; *rēgia*, *ae, f.* – královský palác; *aula*, *ae, f.* – nádvoří, ZDE: sál; *Venceslaus*, *ī, m.* – Václav; *spondeō, ēre, spondē, spōnsum* – slíbit; *solium*, *ī, n.* – trůn; *laetī tē vidēmus* (majestátní plurál); *dominium*, *ī, n.* – panství, dominium; *quidem* – sice; *propinquus*, *ī, m.* – blízký; *bellō cadūcus* – padlý (v boji); USPOŘÁDEJ: *Virī quidem nūper dēflēbant ... suōs propinquōs, bellō cadūcōs; noxās nocēre* – uškodit, uštvit škody (doslova: „uštvit škody“); *latrunculus*, *ī, m.* – zlodějček, malý lupič; *terreō, ēre, terruī, territum* – strašit, lekat; *forte fortūnā* – našťestí; *careō, ēre, uī, caritūrus* (+ **abl.**) – postrádat (co), být prost (čeho); *armiger, erī, m.* – zbrojnoš, ozbrojenec; *ūnā* – společně; *captīvō, āre, āvī, ātum* – zadržet, lapat;